



**Praxis Iurispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 6. Præsentatio non habet locum, nisi vacet beneficium patronatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

bus dictę Serenissimę , cuius pietas , liberalitas , charitas , & religio in omnibus rebus splendescunt , & mulieres ad voluntatem dictę Serenissimę admittuntur in dictum Monasterium. Poterit tamen etiam patronus presentare clericum pro auxilio Rectoris , quando talis clericus esset instituendus . ad can. principali. distinct. 63. si autem non sit instituendus; sed

ad libitum remouendus, potest Rector solus sibi talem deputare. argum. cap. vt quisquis clericus. de vita , & honeste cleric. & ita videtur velle Ioan. Andr. in cap. postulaisti. de iurepatron. Et regulariter tamen in omnibus locis; in quibus supra dictum est cadere iuspatronatus , cadit & presentatio , vt in Hospitali , Oratorio , & similibus .

CAPVT SEXTVM.

Præsentatio non habet locum , nisi vacet beneficium Patronatum .

SUMMARIUM.

- 1 Præsentatio fit quando ecclesia vacat.
- 2 Ecclesia propriè vacat per mortem rectoris .
- 3 Et per renunciationem .
- 4 Præsentatus secundus institui debet renunciante primo præsentato .
- 5 Præsentatio secunda fieri nequit non cassata prima præsentatione .

- 6 Patronorum consensus requiritur in beneficiorum permutatione .
- 7 Ecclesia vacat si rector sit ea priuatus .
- 8 Beneficium si de iure vacet, patronus potest præsentare.
- 9 Etiam si de facto & iniuste rector esset priuatus .
- 10 Lite pendente si moriatur unus ex præsentatis , vel cedat , non potest aliis præsentiari .

G 2 II Idem



100 Pars II.Lib.V.Cap.VI.

- 11 *Idem est si patroni sint ecclesiastici.*
- 12 *Secus est si moriatur praesentatus ante lapsum quadrimester.*
- 13 *Ecclesia commendata vacat per mortem commendatarij.*
- 14 *Beneficia patronalia vacat per promotionem rectoris ad Episcopatum.*
- 15 *Nisi talis promotus ex dispensatione ea retineat.*
- 16 *Beneficium primum vacat per affectionem secundi beneficij incompatibilis.*
- 17 *Quando locum habeat vacatio incompatibilis.*
- 18 *Patronus presentare potest quocumque modo vacet beneficium.*
- 19 *Presentatio non fit ad beneficia vacatura.*
- 20 *In Coadiutorijs ad beneficia patronata requiritur consensus patronorum, si non fit derogatum.*
- 21 *Beneficia vacantia in Curia sunt reseruata.*
- 22 *Etiam si sint iurispatronatus.*

Presentatio † autē fit per patronos, vel existentes in quasi possessione, quando

- ecclesia vacat; & ideo quamuis patronus in habitu habeat ius praesentandi, tamen exercitium praesentandi non habet in actu, nisi quando ecclesia vacat. cap. illud. de iurepatron. cap. vltimo de concess. præben. vbi Cardin.
- 2 Abb. & alij. Vacat † autem propriè, & verè ecclesia per mortem Rectoris, quia mors omnia soluit. §. deinceps. au-
- 3 then. de nupt. Vacat etiam † per renunciationem, quando Rector simpliciter renunciat ecclesiam, quia talis renunciants, & cedens potest dici mortuus quo ad illud beneficium, quod resignauit, & ideo patronus tunc poterit praesentare; facit Rot. Rom. de renunciat. decis. 16. in antiquis: securi si esset renunciatio symoniaca, quia tunc non vacat ecclesia, vt per Innoc. in cap. cum vniuersorum. de rerum permuat. & in dicta. decis. Rotæ habetur, quod
- 4 renunciante † primo praesentato presentationi de se factæ, secundo praesentatus à patrono debet institui; patronus enim potest iterum praesentare, quando praesentatus non consentit presentationi, vel

vel quando post consensum renunciauit, vel quando moritur ante institutionem, aut quando non valet præsentatio ob crimen occultum præsentati, seu ob aliam causam non procedentem ex culpa præsentantis, & dummodo hoc sit absque fraude; de quibus Lambertin. de iurepatro. lib.2.par.1.quæst.6.art.4.
 5 & 5. præsentatione autem † prima non cassata nisi sit euidenter nulla, non potest fieri secunda præsentatio. Lamber. vbi supra art. 7. In permutationibus autem beneficiorum requiritur vera, & libera renunciatio in manibus superioris beneficiorum permittandorum; ex quo tunc dicta beneficia dicuntur vacare, quæ si sint patronata, patroni non præsentant, sed con-
 6 sentiunt † tali permutationi. Flamin. Parisius de resignat. benefic. tomo 1. lib.2.quæst. 4. num.10.& tomo 2.lib.11. quæst.5. num.20. nisi in tali permutatione cōcurreret utilitas, seu necessitas ecclesiæ, vel populi, & patronus esset ecclesiasticus, & permutatio fieret per legatum. Lambert. vbi supra art.6.

Praxis Iurispatron.

7 Vacare dicitur etiam † ecclæsia; si Rector ecclæsæ patrornatæ ob delictum, sit ea priuatus. can. si Papa. distin. 40.cap.2. & cap.vlximo de cleric. non resident. Abb. & alij in cap. ad petitionem. de accusat. & tunc patronus poterit alium præsentare; nisi Rector ille priuatus esset ex delicto, quo erat inquinatus tempore præsentationis, & quod delictum erat notum patrono, quia pro illa vice patronus, qui præsentauit scinter indignum, priuatur iure præsentandi. cap. cum vos. vbi glos. in verbo minus idonee, & ibi Abb. de offic. ord. facit distinctio Abb. in cap. innotuit. nu. 7. & 8. de elect. Lambertin. vbi supra art.8. Et
 8 si beneficium † vacet de iure, non tamen de facto, patronus poterit præsentare. cap. licet Episcopus. de præben. lib.6. non vocato poſſessor. quod procedit in priuato Rectore per sententiam. Felin. in cap.cæterum. num. 24. de rescript. Lambertin. vbi supra
 9 art.9.& 10. Quod si † Rector sit de facto priuatus ob iniustiam iudicis, si non appellauit, patronus rectè alium.

G 3 præ-

præsentare poterit, quia pro sententia præsumitur si non fuerit reuocata. cap. cum inter, &c. sicut. de re iudic. & ideo facit Ius inter partes, vt in dicto cap. cum inter. & ibi

10 Abb. Et si pendente † lite inter duos electos, seu præsentatos contingat vnum illorū mori, vel liti cedere, non potest alter eligi, seu præsentari, qui assumat illius iura. c. 1. vt lit. pend. lib. 6. quod etiam

11 indistincte † locum habet in præsentatis à patronis ecclesiasticis, cum eorumdem præsentationes censeantur electiones, vt per Abb. in cap. cum autem. num. 3. & in cap. pastoralis. num. 4. de iurepatronat. Et habet etiam locum text. in dicto cap. 1. in duobus præsentatis à patronis laicis, quando vhus ex præsentatis moritur, vel renunciat post tempus quadrimestre datum ad præsentandum, & ideo si alius tunc fuerit præsentatus, non tenet presentatio. cap. 2. vt lite pend.

12 lib. 6. Quod si mors, vel † renunciatio contingat ante lapsum dicti quadrimestrī, fecus est, quia tunc laicus patronus infra dictum tempus

poteſt accumulando variare, & aliud præsentare. cap. cum autem de iurepatronat. & de his Lambertin. vbi supra artic. 12.

13 Vacare † etiam dicitur eccllesia, in qua est perpetuus administrator, seu Commendatarius, per mortem dicti Commendatarij: & de stylo in Curia talia beneficia perpetuo commendata conferuntur, si vacent per mortem, seu resignationem dictorum commendatariorum. Lambertin. vbi supra art. 14.

14 Vacant etiam † beneficia iurispatronatus, si eorumdem Rektor sit ad Episcopatum promotus, quia promotus videtur tunc alia beneficia relinquere, secundum Innoc. in cap. in nostra num. 3. de rescript. Doct. in cap. non potest de præbend. lib. 6. & text. in cap. cum in cunctis. vbi Doct. de elect. quod procedit quando adeptus est possessionem Episcopatus. Innoc. vbi supra. gloss. prima in cap. si quis iam translatus. 21. q. 2. per text. in dicto cap. cum in cunctis. & ideo patroni poterunt ad beneficia sic vacantia alios præsentare: & ita etiam

etiam tenet Rot. Rom. decis.
3. de præben. in nouis. quod
15 non t̄ procedit quando ex di-
spensatione Apostolica talis
promotus ad Episcopatum
potest retinere omnia bene-
ficia , quæ prius habebat , vt
latè per Lambertin. vbi supra
artic. 15.

16 Eodem modo t̄ vacat ipso
iure primum beneficium per
adoptionem secundi incom-
patibilis cum primo, ita ut pa-
tronii possint præsentare. cap.
de multa. de præben. cap. si
beneficia. de præbend. lib. 6.
cap. vt quis duas , de elec.
lib. 6. & hoc dummodo quo-
modocumque fit adeptus pos-
sessionem secundi. cap. si tibi
concesso. de præben. lib. 6. &
ibi gloss. vlt. Abb. Cardin. &
alij in dicto cap. de multa.
vbi Abb. & Ioan. de Imola
ponunt plures limitationes
ad dictum cap. de multa. de
his Lamber. vbi supra art. 16.

17 Et quomodo t̄ vacet primum
beneficium per affectionem
secundi incompatibilis , vide
late Hoiedam de compatibi-
litate, & incompatibilitate
beneficiorum. cap. 13. & seq.
Cardin. Serafin. decis. 483.
& 953.

18 Et ideo t̄ quomodo cūque
vere, & cum effectu vacet ec-
clesia, seu beneficium, vel per
modos antedictos , vel per
translationem Episcopi , vel
per ingressum Religionis, vel
per violentam possessionem,
per contractum matrimonij,
vel per lapsum temporis dati
ad aliquem ordinem accipiē-
dum, vel aliter, semper patro-
ni possunt præsentare ; quia
vbi datur vacatio, ibi datur &
præsentatio. cap. vltimo, & ibi
Doct. de concess. præbend.
Lambertin. vbi supra art. 18.

19 Et ideo ad t̄ ecclesiam vaca-
turam non fit præsentatio. di-
cto cap. vltimo . quod si Re-
ctori seni, vel ægrotō dandus
sit coadiutor cum futura suc-
cessionē , tunc cum solus Pa-
pa hoc faciat si non expressè
deroget iuripatronat. requi-
retur consensus t̄ patronorū,
secus si expressè deroget ; si
autem coadiutor detur tan-
tum ad vitam dicti Rectoris,
bene esset habere consensum
patronorum ex eo, quia agi-
tur de interesse ecclesiæ , vt
per Doct. in cap. vlt. de cle-
ric. ægrot. & vide Lambert.
vbi supra art. 20. nec potest
Rector sibi eligere successo-

G. 4 rem,

rem, ut per Lambertin. vbi
 21 supra art. 21. Cum autem †
 beneficia vacantia in Curia
 sint Papæ reseruata, ut habe-
 tur in cap. 2. de præben. lib. 6.
 compræhenduntur etiam be-
 neficia iurispatronatus perso-
 narum ecclesiasticarum, cum
 earum præsentatio sit electio;
 laicorum autem non. Cardin.
 in Clement. 2. quæst. 7. de
 præben. per gloss. ibidem
 verbo Apostolicis, & hanc es-
 se communem testatur Rocc.
 de Curte de iurepatronat. in
 verbo honorificum num. 7. &
 sequentibus ; præsertim cum
 in dicto cap. 2. non fiat men-
 tio de præsentatione, & ta-

men differentia ponatur inter
 conferre, eligere, prouidere,
 & præsentare in cap. cum in
 illis. §. cum autem de præb.
 22 lib. 6. attamen † etiam bene-
 ficia iurispatronatus vacantia
 in Curia compræhenduntur
 in dicta generali reseruatio-
 ne, & Papa solet ea conferre
 cum expressa derogatione
 iurispatronatus, excepto iure
 patronatus ad Reges perti-
 nente: ita alios adducens po-
 nit Flamin. Parisius de resi-
 gnat. benefic. tomo 1. lib. 2.
 quæst. 4. num. 45. 46. & 47.
 & ita seruatur. vide Praxim.
 Archiepiscopalem Leonis,
 parte secunda, cap. 20.

